



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

XVI. De Vicario Monasterij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

Abbates aut Conuentuales se excusare valeant. Isti si non retulerint, illi si oportuna remedia non curauerint adhibere.

*De Vicario Monasterij.*

C A P. XVI.

**N**E pluribus Fratrum siue Monasterij curis distrahi Diffinitoribus seu inquietari contingat: Ordinamus quod ipsi Diffinitores eligant per balottas Vicarium Monasterij, & quantum fieri potest eligant eum, qui ante fuerat Prælatus eiusdem Monasterij, seu vnum ex Decanis: qui Fratrum, ac Monasterij melius conditionem nouerit, seu aliquem alium de Capitulo, prout ipsis Diffinitoribus videbitur: qui curam habeat Regiminis Monasterij, ac Fratrum, tam ibidem Conuentualium, quam aliorum ad Capitulum venientium.

2. Quoniam autem multos infirmos, senes, & omnino debiles ad Capitulum accedere contingit: Declaramus solis talibus, secundum Regulam, esum carniū esse concedendum: à quibus omnes alii abstineant. Nec ulli liceat alios nutrire, aut commensales habere auctoritate propria: sed infirmi aut singuli comedant, aut in Refectorio infirmorum simul cum disciplina: præterquam si essent aliqui Prælati senes aut debiles, qui in cubiculis suis refici poterunt. Cæteri omnes ad

vitam



vitam communem in refectorio accedant omnino tollatur abusus, si quis in contrarium inoleuit.

3. Capituli Vicarius, seu Rector teneat primum locum post Conseruatores: quibus ab omnibus omnia signa faciat, & particulares licentias præstet: excepto quod licentiam euntem extra Monasterium, causa recreationis, dimittere non possit: quæ soli Præsidenti seruetur.

*De Auditoribus causarum, pro rebus temporalibus.*

C A P. XVII.

**V**T Patres Diffinitores ( quibus præcipue incumbit circa Monasteriorum Congregationis reformationem & directionem intendere ) curis temporalium, & causarum tumultibus non distrahantur, onerata partita facilius portentur: Ordinamus quod per balottas à Diffinitoribus, quatuor eligantur ex Prælati de Capitulo, qui non sint Diffinitores, docti, discreti, & idonei, ad administrandam iustitiam super causis & differendis, quæ solummodo pro rebus temporalibus emerferint, inter Congregationem, & eundem monachos, seu Monasteria, nec nõ inter quoscunque personas etiam laicas cum Monasteriis nostris, aut Congregatione nostra, si Auditoribus ipsos recursum habuerint. Eligantur & vnus Scriba ex Conuentalibus, qui